



Crisis Theologica

In Qva Selectiores, Et Acriores hujus, et elapsi sæculi controversiæ,
subsecuturâ in Elencho legendæ discutiuntur

Crisis Theologica - In Qva Selectiores, Et Acriores hujus, et elapsi sæculi
controversiæ, subsecuturâ in Elencho legendæ discutiuntur

Casnedi, Carlo Antonio

Ulyssipone, 1712

§. I. Aliqui.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-84796](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-84796)

N.
66.

Audivimus utrumque Theologiæ Scho-
lasticæ Principem; audiendi modò
utriusque discipuli, qualiter directas qua-
estiones, si incertæ sint, resolvant; an semper
ferendo directum de rei veritate iudicium;
an sæpe contenti solo reflexo evidenti de ve-
ritatis probabilitate iudicio. Ducemus autem
exordium à Thomistis, de quibus M. Gon.

M. Gon.

tom. 5. tr. 4. de Sacram. Euchar. in *Præfat.*
scripsit, quod etsi extranei omnes pollicen-
tur, nè latum unguem à D. Thomæ doctri-
nā recessuros, *id quidem omnes extranei polli-
centur, sed id soli discipuli* (nempe Thomistæ)
implent. Si igitur ostendero ferè omnes Tho-
mistæ sæpe solo de probabilitate objectivā
veritatis iudicio contentos, eo ipso ostendā,
tum quòd nostra doctrina sit Divi
Thomæ; tum quòd doctrina Gonetii negan-
tis satis esse solum reflexum de objectivā
probabilitate veritatis iudicium, non sit Di-
vi Thomæ.

N.

67.

C. Caiet.

Primus est purpurā ac doctrinā eminens
Card. Caietanus, qui in *sum. verb. jejunium*,
quærens, an præceptum jejunandi, salvo
contemptu, obliget sub mortali, ait: *Non
audeo ex iure scripto asserere, quia nullibi scio
scriptum esse præceptum obligans ad mortale non
jejunantem.* Non ignoro, quòd hæc opinio
supponat doctrinam hodie improbabilem,
nempe, quòd nulla lex humana, secluso
contemptu, obliget sub mortali; & quòd
nulla lex detur obligans ad jejunium. At tan-
to Doctori parcendum; fortè enim hoc ip-
sum erat suo tempore inter T. T. incertum.
Ego unicè considero 1. modum resolvendi
questionem per suspensionem iudicii direc-
ti; ait enim, non audeo asserere esse morta-
le, seu non assero esse mortale. Considero 2.
principium, quo utitur; est enim ipsissi-
mum, ac quo nos aliàs usi sumus; quòd lex,
quæ non scitur, non obligat; etenim ex ca-
rentiā scientiæ præcepti obligantis ad jeju-
nium, infert se non audent asserere, quòd
omissio jejunii sit mortale. Considero 3. quòd
non jejunantem citra contemptum asserere
non audet reum culpæ lethalis; adeoque
omittens jejunium sub iudicio reflexo, quòd
lex non sit sibi certa; & multo magis sub
hoc, quòd non lex sit sibi certò probabilis,
juxta Caietanum sine culpā operatur; ergo
juxta illum, ne quis omittendo jejunium
peccet, necessarium non est hoc iudicium
directum, Lex non datur.

N.

68.

C. Caiet.

S. Tho.

Similiter in 3. p. qu. 67. art. 4. ubi quærit,
an cuique extra casum necessitatis baptizare
liceat. Negat D. Thomas l. c. at Caietanus
dicit: *Peccatum mortale non video*, si quis sine
solemnitate baptizet. Ecce præter reflexio-

nes in priorem textum allatas, quæ hic quo-
que locum habent, adverte, quòd non di-
cat, *non est peccatum mortale*; quin hoc iudi-
cium directum suspendit, & nihil directè
asserit de veritate ut est in se, sed unicè su-
pra iudicii directi suspensionem reflectit, &
ait, se non videre peccatum mortale: ergo
modus resolvendi dubia speculativa aut mor-
alia, non per iudicium directum de verita-
te, sed per solum reflexum de rei probabili-
tate, aut non probabilitate, apparentiā, aut
non apparentiā, est apud Antiquos utilissi-
mus, non tantum quoad opinari, sed &
quoad operari, aut omittere operationem.

Rursum tom. 1. Opuscul. tr. 31. respons. 13. N.
ad dub. 7. quærens, qualiter quis possit esse bo-
certus de non peccato, pullando campanas
die festo, etsi directè dubitet, an pullare die
festo sit peccatum, expressè asserit, quòd si
quis dubitans, an pullare die festo sit illicitum,
& tamen non dubitet sibi hic, & nunc
licitum esse pullare, iste non peccaret pul-
lando, quantumcumque magna esset dubi-
tatio apud eundem de actu pullandi secun-
dum se, an sit licitus, vel illicitus; & simi-
liter quantumcumque esset magnus timor
de eodem. Hæc Caiet.

Ecce 1. non requirit, quòd operaturus
assentiat directè, seu ex motivis directis
stantibus pro licentiā operationis, sed satis
quòd ex reflexis hic, & nunc iudicet se non
peccare pullando, ut rectè notat D. Perea n.
57. & 398. Ecce 2. si non est necessarius, jux-
ta Caiet. assensus directus, eo ipso satis erit
iudicium reflexum certum de probabilitate
objectivā licentiæ actionis, suspensio omni di-
recto de ejus licentiā. Ecce 3. quantumcum-
que vehementer quis dubitet, & timeat, an
pullatio secundum se sit licita, potest quis,
juxta Caiet. sub alio iudicio certo reflexo li-
citè operari, seu pullare: sed strictè dubi-
tans suspendit omne iudicium directum: er-
go suspendens omne iudicium directum po-
test licitè operari: ergo ut quis licitè ope-
retur, necessarium semper non est directum
de rei licentiā iudicium, sed satis iudicium
evidens de probabilitate licentiæ, aut quod-
libet aliud nixum alteri principio.

Pariter 2. 2. qu. 172. art. 6. ait: Hoc so-
lum dicendum occurrit, quòd Sibyllas, quæ 71.
hic inter Dæmonum prophetas comparan-
tur, superius in quest. 2. art. 7. ad 3. inter
personas in fide Christi explicitè salvas
comparatæ videantur. Materia siquidem hæc
incerta cum sit, quoniam de individuis non
pertinentibus ad fidem est, modò in unam,
modò in aliam partem declinare permitti-
mus. Hæc Caietanus. Ecce 1. in rebus incertis
permit-

permittit licitum quodlibet opinari. Ecce 2. dicit, *permittimus*; non enim obligat ad iudicium directum, quia est incertum: ergo nemo ullâ lege obligatur ad iudicium directum, ne obligetur ad incertum. Si ergo in rebus speculativis incertis nemo ad iudicium incertum obligatur, nemo quoque in rebus practicis incertis obligabitur ad iudicium incertum: sed omne directum de rebus incertis est tale; immo omne etsi moraliter certum potest esse in re falsum: ergo nemo ad iudicium directum de re incerta obligari potest: sed ex aliâ parte, ut recte operemur, obligamur ad aliquod iudicium; ergo vel ad reflexum certum de probabilitate licentiæ; vel ad directum incertum de rei licentiâ. Ubiam igitur lex à Probabilioristis Modernis asserta, quod nemo sine iudicio directo de licentiâ operari possit?

N. Demum 1. 2. qu. 109. art. 8. §. *In eodem*.
72. ait: Dubium quidem magnum occurrit in
C. Caie. multis. Primò ex ipso Authore, quia in 2.
S. Tho. *diff. 28. qu. 1. art. 2.* rejicit hanc viam, quam
hic tenet pro sententiâ, & arguit contra eam
solvens rationem ejus, & dimittit eam ut falsam;
in hoc autem loco non respondet suis
rationibus ibidem factis, & tamen determinat
oppositum. Hæc Caietanus de S. Thomâ.
Fogar. Ecce quàm importunè à Fogarino, &
S. Tho. Probabilioristis assumatur ut primum
principium, quod ut quis aliquam sequatur
opinionem, solvere debeat rationes oppositas,
cum tamen S. Thom. juxta Caiet. hoc præstiterit.
Si ergo solvende necessario non sunt
rationes oppositæ, signum est, quod necessarium
non sit iudicium directum de veritate, & multo
minus, quod hoc iudicium directum debeat
esse certum, sed satis erit iudicium de probabilitate
objectivâ.

N. Secundus est Ferrarientis, insignis quoque
73. D. Thomæ Interpres, qui *lib. 3. contra*
Ferrar. *Gentes cap. 59. pag. 299.* ait: Possumus
primo tenere, quod Beati videant tantum
præsentia. Et ad finem *eiusdem* §. ait: Possumus
secundo tenere, quod Beati eo modo, quo
singularia cognoscunt, &c. Ecce modus,
quo quæstionem resolvit, non est directè
affirmando, aut negando: non enim dicit, *teneo*,
sed utitur iudicio reflexo certo cadente
supra probabilitatem objectivam veritatis
opinionis, quasi diceret: Certò probabile
est, quod Beati videant tantum præsentia:
ergo si in dubiis speculativis incertis licitus
est modus illa resolvendi, non directè
semper per veritatem, sed reflexe per probabilitatem,
quoties res est incerta; licebit quoque
resolvere dubia practica per solam certam
objectivam probabilitatem veritatis; non au-

tem obligabimur resolvere semper illa per
iudicium directum de veritate: etenim si datur
præceptum de iudicio directo veritatis,
utrobique datur; nempe veritatis speculativæ,
si dubium sit speculativum; practicæ, si
practicum.

Tertius est Durandus, Insulis, & Iapientia
74. celebris, cui ferè omnis Universitas Catholica
Duran. Cathedram destinavit; loquens igitur
de cognitione spiritali inter conjugatos
in 4. *diff. 42. qu. 2. art. 3.* ait: Quidam aduunt,
quod ille, qui fraudulentè hoc fecit, potest
reddere debitum, sed non licet ei exigere;
quod quavis sit probabiliter dictum, non
invenitur in jure expressum, quod non liceat
ei debitum petere. Hæc Durandus. Ecce 1.
vocat probabilem oppositam stantem pro lege,
seu negantem tali conjugato licentiam
petendi debitum. Ecce 2. quavis opposita
stans pro lege sit Durando probabilis, quia
tamen non est in jure expressa, id est, non
est certa, ideo Durandus sequitur stantem
pro libertate, nixus huic nostro principio,
Lex non certa non obligat; & ideo quia non
invenitur expressa prohibitio, innuit Durandus,
quod illi conjugato liceat petere debitum.
Ecce 3. modus reflexus regulandi conscientiam
æquivalens directo: non invenio expressam
legem vetantem; seu esto mihi probabile
sit dari legem vetantem licentiam petendi
debitum, attamen mihi certo probabilius est
eam non dari; quod iudicium reflexum de
objectivâ probabilitate non legis vetantis
æquivaleret huic directo, Licet petere
debitum: & conscientia conjugati æque
regulari potest à solo iudicio reflexo de
certâ probabilitate non legis vetantis
licentiam petendi debitum, ac à solo directo
de veritate ejusdem non legis: id est, tam
ab hoc solo, est probabilius non dari legem
vetantem; ac ab hoc solo, non datur lex
vetans: ergo juxta modum discurrendi, quo
Durandus in re tam gravi utitur, non est
necessarium iudicium directum de veritate,
sed satis reflexum de certâ probabilitate, aut
probabilitate veritatis.

Quartus est M. Victoria, quo nemo tuo
75. tempore scientior, qui loquens de Homicidio
M. Via. in *Relezione de Jure Belli n. 4.* ait: Et hoc
revera, seculo scandalo, videtur licere &c.
Ecce ait, *videtur*, quod est iudicium reflexum
supra objectivam probabilitatem licentiæ;
& est idem, ac certò mihi probabile est
licere; non autem absolute ait, *licet*. Similia
habet n. 5. ubi ait: Credo, quod per injuriam
percutus possit statim revertere; quæ tamen
opinio hodie est improbabilis, & unice ad rem
meam noto, quod cum suo

fuo tempore incertum fortè eſſet, an ea incontinens repercuſſio liceret, M. Victoria juxta prudentium virorum morem locutus eſt, ſuſpendendo judicium directum, non enim dixit, poteſt repercutere, ſed credo, ſeu mihi probabile eſt, quòd poſſit. Similiter in *Relección de Simoniá* pag. 193. ait: Bonà veniã tantorum virorum (inter quos reſulerat S. Thomam) ſequeretur libentius ſententiam Canonitarum, & ideo reſpondet probabiliter per concluſiones: Prima eſt &c. Ecce iterum in re incertà ſibi, ut prudentius reſolvat, appellat immediatè ad veritatis probabilitatem, non ad veritatem. Omitto alia ejus loca, in quibus ſuſpenderit judicium directum de veritate, ſolo contentus reflexo de objectivà veritatis probabilitate: ergo, juxta M. Victoriam, queſtio incerta ſapienter reſolvitur per ſolam probabilitatem, & conſcientia honeſtè regularetur per ſolum judicium de probabilitate veritatis, omiſſo directo de veritate.

N. Quintus eſt M. Soto, ejuſdem M. Victoriam ſapiens diſcipulus, qui in 4. diſt. 18. 76. *qu. 2. art. 5. §. Unde ad argumentum.* hæc M. Sot. habet: Quamvis Sacerdos exiſtimet opinionem eſſe falſam, non tamen inde exiſtimare debet ſibi non licere illum abſolvere, ſignificans propter probabilitatem excuſatur ille a culpa. Hæc M. Soto. Ecce 1. in terminis noſtra mens, non enim ait, propter veritatem, aut propter probabilitatem; immò nec dicere poteſt: etenim cuilibet propria eſt probabilior, & oppoſita eſt minus probabilis; ſed propter probabilitatem opinionis excuſat à culpa Sacerdotem abſolventem, etſi iſte opinionem pœnitentis, non tantum minus probabilem, ſed falſam putet: ergo ſi, juxta M. Soto, licet operari, ſeu abſolvere, ſtante judicio directo ſubjectivè probabiliori de falſitate opinionis oppoſitæ, & de veritate propriæ, unito cum judicio reflexo de objectivà probabilitate veritatis, ejuſdem opinionis oppoſitæ, multò magis licebit ſub ſolo reflexo de objectivà probabilitate, ſuſpenſo directo ſubjectivè probabiliori de veritate propriæ, & de falſitate oppoſitæ. Ecce 2. quòd M. Soto totam rationem excuſantem à culpa Sacerdotem abſolventem, quamvis putantem opinionem pœnitentis eſſe falſam, reſundit in certam objectivam, & quidem minorem probabilitatem veritatis opinionis pœnitentis: ergo ſolum reflexum de certà objectivà probabilitate, ſive maiori, ſive æquali, ſive minori judicium ſatis eſt, juxta M. Soto, ad rectè operandum. Ecce 3. quòd Sacerdos tunc abſolvens caret omni directo judicio de veritate opinionis pœni-

tentis, quin, juxta M. Soto, habet judicium directum, ſive ſubjectivè probabilis de falſitate opinionis pœnitentis, ſive de veritate propriæ, (cum quo implicat judicium directum, etſi minus probabile, de veritate opinionis pœnitentis, nam implicat probabilitas ſimultatis utriusque judicii ſubjectivè probabilis contradictoriū: ergo talis Sacerdos, juxta M. Soto, honeſte operatur ſine omni judicio directo ſubjectivè probabilis de veritate opinionis pœnitentis, juxta quem cum abſolvit: ergo ad honeſte operandum neceſſarium non eſt judicium directum de veritate opinionis, ſed ſatis ſolum reflexum de certà, etſi minori probabilitate veritatis opinionis.

Plurima alia M. Soto tradit in noſtri ſeculi volumine, tum de *Secreto qu. 4. Memb. 2. p. 77. 8. concluſ.* ubi ait: Probabile eſt denuntiatum M. fraternaliter poſſe eſſe teſtem, cum finito proceſſu fraternali incipit forum judicialiter: ecce reſolvit per probabilitatem: tum *lib. 10. de Juſt. qu. 5. art. 3.* ubi loquens de cæcis, aut quali cæcis, qui horas aliquas memoriter ſciunt, an illas recitare teneantur, ait: Non ſum omnino certus, an ſint cogendi recitare. Ecce 1. ex eo quòd non eſt certus de lege, non obligat recitare: ecce 2. eo quia non eſt certus de lege, probabile putat non eſſe cogendos; adeoque per probabilitatem veritatis, non per veritatem opinionis eos excuſat: tum in 4. diſt. 8. *qu. 2. art. 4. concluſ. 13. §. de ſimplici* ait: Non clarè video litem, ſi puella, quæ non eſt ſub curâ parentum, ſua ſponte virginitatem vult perdere, quòd ſit diſtincta ſpecies luxuriæ à ſimplici fornicatione &c. Immo fortasſe, licet eſſet ſub curâ parentum, etſi illis aliquam injuriam faceret, non mutaret ſpeciem. Siquis ergo contrariam habeat opinionem, abunde in ſenſu ſuo, ſed tamen ego arbitror hanc eſſe probabilem. Hæc M. Soto. Ecce 1. quia non clarè videt eſſe ſpeciem diſtinctam luxuriæ à fornicatione, non audeſt affirmare eſſe diſtinctam: ergo ex M. Soto, ut ahquid affirmetur eſſe peccatum, (nam peccatum diſtinctum eſt novum peccatum) debet clarè conſtare lex. Ecce 2. ſuſpenderit judicium directum circa quaſitum, an virginitatis jactura ſit peccatum ſpecie diſtinctum à ſimplici fornicatione; & unice appellat ad reflexum de probabilitate; idem enim æquivalenter eſt dicere, non clarè video, non mihi conſtat eſſe peccatum, ac dicere, certo mihi probabile eſt non eſſe peccatum.

Similiter idem M. Soto in 4. diſt. 13. *qu. 2. N. art. 3.* ait: Quando violatio Eccleſiæ eſt occulta, nec opus eſt Miſſas, & Sacramenta ſuſpendere.

pendere, nec Ecclesiam reconciliare: & est communis opinio. Ecce non dicit, est opinio vera, sed communis; & ex eo, quod communis sit, adeoque regulariter certò probabilis, putat licitum celebrare, etsi suspento iudicio directo de veritate, seu de licità celebratione, contentus solo reflexo de licità celebrationis certà probabilitate. Et ibid. *dist. 18. qu. 4. art. 5. conclus. 3.* quærens, an liceat Confessario dicere de publicà meretrice: illa mihi confessa est suum meretricium, & à me absoluta; ait: Videtur esse licitum: Caietanus negat id licere; & profecto hæc opinio est mihi probabilior, quàm contraria. Ecce non assentitur directè opinioni Caietani, sed reflexè, nempe illi ut sibi probabiliori. Et ibid. *dist. 18. qu. 2. art. 4. §. alia autem sunt*, postquam dixit diversas dari opiniones circa obligationem confitendi circumstantias aggravantes, ait: Quidam opinantur solas circumstantias mutantes speciem esse de necessitate confessionis; atque hujus opinionis fuit D. Thom. D. Bonav. & Durandus; & est ferè communis opinio. Ecce ex hoc iudicio reflexo, quod opinio sit communis, iudicat M. Soto licitum juxta eam operari, etsi suspento iudicio directo de veritate. Immo idem M. Soto §. *colligamus*. recedit à dictà opinione, etsi communi: ergo non est idem opinionem esse communem, ac esse veram: idem autem est, juxta M. Soto, opinionem esse communem, ac licitum juxta eam operari: cur autem, nisi quia communis solet esse certò probabilis? Et ideo DD. dicere solent hanc, aut illam opinionem esse communem, ut indicent licitum eam sequi, & juxta eam operari: sed iudicium de communitate opinionis non est iudicium de veritate illius: ergo ut quis licite operetur juxta aliquam opinionem, necesse non est iudicium de ejus veritate; satis de certà ejus probabilitate, ut accedit regulariter opinionibus communibus. Et ibid. *dist. 24. qu. 2. art. 4. §. & vero*. ait: *Opinio de gratiâ in sumptione Sanguinis* (nempe, an sub utraq. specie communicans recipiat maiorem gratiam) *non est tam probabilis, quàm quod unus tantum, idemque gradus in sumptione Corporis conferatur*. Ecce utramque speculativam opinionem iudicat etsi inæqualiter probabilem; immò ecce suspendit iudicium directum de veritate, contentus solo reflexo de probabilitate veritatis.

N. Sextus est M. Medina, passim ut Author Probabilitatum commendatus, quique frequenter in rebus incertis directum suspendit de veritate iudicium, contentus solo reflexo de probabilitate veritatis. Ita 1. 2. qu. 74. art.

8. *dub. 3.* cum M. Victoria de opinione tunc probabili, hodie tamen improbabili, ait: Videtur non esse mortale: Non dicit, non est mortale. Non est autem quod Lector mihi vitio vertat, quod retulerim Antiquiores aliquos, qui aliquibus opinionibus, hodie improbabilibus, probabilitatem dederint: non enim omnia scire potuerunt; nec omnia uno sæculo discuti potuerunt; cum hanc quoque gloriam præsentis, & futuro sæculo Deus reservavit. Et ideo M. Victoria, & M. Soto, ut scitè excusent aliquas D. Thom. opiniones, quas deinde retractavit, dicunt; ille *Relezione de Simoniâ n. 25.* quod S. Thom. opinionem sui temporis secutus; iste in 4. *dist. 24. qu. 1. art. 4. §. Ad vero*. quod opinionem vulgi secutus sit; innuendo nobis opiniones aliquas habitas à nobis hodie ut improbabiles, immò ut damnatas, habitas fuisse tempore antecedenti ut probabiles, quod idem temporibus futuris fortè eveniet aliquibus opinionibus auditis hodie ut certò probabilibus; immò moraliter certis.

M. Sor.
M. Vict.

§. II.

Alij celebres Thomistæ.

SUMMARIUM.

M. Bannez solvit dubia non per veritatem, sed per probabilitatem, n. 80.

M. Serra, n. 81.

M. Mart. de Prado, n. 82.

M. Baro, n. 83.

M. Passerinus, etsi Probabiliorista, tueretur nostra principia, quod sola certa lex obligat, quod possessio libertatis teneat in omni materia, n. 84.

Sibi contradicit, ibid.

Ait satis certum de probabilitate iudicium, ut recte operemur, n. 85. 86.

M. Passer. plurima resolvit tantum reflexè per solam probabilitatem, à n. 87. 88. 89.

An opinio probabilis det jurisdictionem? n. 88. 89.

Error juris dubij æquivalat dubio facti, ibid.

M. Sylvester accipit ad solum reflexum de maiori probabilitate, n. 90.

Idem agere fert, quod Caietanus velit, S. Thomam docuisse opinionem de coexistentiâ futurorum æternitati, ibid.

M. Conradus resolvit per probabilitatem, n. 91.

M. Petrus, & M. Martinus de Ledesma per probabilitatem, n. 92. 93.

M. de la Cruz, & M. Acacius de Velasco per probabilitatem, n. 94. 95.

Septi-